



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De anathemate & excommunicatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

psi, & summario quodam ordine eorundem in-  
torum legibus adiunctas tibi legendas proposui,  
que absurdum aliquid me facturum existimarem.  
Principum legibus, quas superius ex codice Iuliano  
recensui, eorundem monumenta illic omnia  
alijs verò annotata, adijcerem, cum hac omnia  
vnum eundemq, vindicanda scilicet religio-  
thodoxæ scopum tendat. Quare hac & in partem  
ram nostram boni consulere velis rogamus.

Anathema est  
p̄cio à Chri-  
sti corpore: &  
fieri anathēa.  
p̄scindi ab-  
eodem. Quæ  
authoritas ec-  
clesiæ, hoc est  
summæ eius  
hierarchis, re-  
ctorib. & pa-  
storib. in con-  
tumaces &  
suis iusionib.  
ac moderatio-  
nib. rebelles  
conuenit.  
Auth. De Ec-  
cle. tit. in prin.  
Huic compa-  
ratur ex com-  
municatio ma-  
ior. de qua  
vide apud An-  
ton. Nobriß.  
Sapient. 14.  
Anathema  
quid sit.

## DE ANATHE- MATE SIVE EXCOM- MUNICACIONE.

IULIANIAN IMP. IN EDDICTO AD  
populum Constantinopolit. s. Quæ-  
niam autem.

Quoniam autem quidam verba pro Tho-  
odoro facientes, cum proferuntur impietate  
conscripta, propter insertam eis blasphemiam  
confinunt quidē dicere, quod impia sunt  
autē qui talem impietatem euomunt, recedunt  
anathematizare. Miramur eorū demerentem  
quod diuinæ scripturæ contraria agunt  
apud Deum, impius & impietas eius: *anathema*  
enim cum actore punietur. Si autem impietas  
impietati horribilis est Deo, ille qui impietas  
certe separatus est talis à Deo, & anathema  
iuste subijcitur. Anathema enim nihil aliud  
est, quam a corpore Christi & a  
ecclesiæ communione separatio.



significat, nisi à Deo separationem, sicut in veteri & nouo testamento iudicium de anathemate significat. Quod autem & Deus eos qui non permanent in verbo veritatis ipsius separatos esse ab Ecclesia dicit, in Euangelio secundum Ioannem Iudæos alloquens, sic ait: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: Seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem permanet in æternum. Quod autem quæ Dominus nominat domum, diuina scriptura Ecclesiæ Dei viui vocat, Apostolus testatur in Epistola prima ad Thimoth. Si verò quidam dicunt non oportere Theodorum post mortem anathematizari, sciant qui talem hæreticum defendunt, quod omnis hæreticus ad finem vitæ in suo errore permanens, iuste perpetuo anathemati & post mortem subijcitur: & hoc in multis hæreticis, & antiquioribus & prioribus factum est, idest, Valentiniano, Basilide, Marcione, Corinthe, Manichæo, Eunomio & Beroso. Hoc autem idem & in Theodoro factum est, & in vita accusato, & post mortem anathematizato à sanctis Patribus, quibus si credere voluerint, vt hæretici eius defensores, vel impie Epistola, quam ipsi defendunt, credant: quæ licet Theodorum collaudet, manifestè tamen dicit, quod in Ecclesia à sanctis Patribus anathematizatus est, & ex illo plurima inquisitio facta est de eius conscriptis, vt potè plenis immitate. Hoc autem tunc faciebant catholice Ecclesiæ doctores, ne simpliciores legentes il-

Y y      lius

Ioan. 8. que  
verba, repetit  
glo. in l. fi. s.  
pen. suo. ver.  
seruo. C. de  
senten. pass.  
& restit.

Hæreticos &  
post mortem  
posse ex com-  
municari.

Theodorus  
hæreticus, de  
quo plura Ni-  
cephor. eccles.  
histor. lib. 13.  
cap. 2. & lib.  
17. cap. 22.

Vbi etiam  
quædam ex  
hoc edicto in  
Theodorum  
recitantur.



lius impia conscripta, à recta fide declinante  
 Quod autem impij, licet non in vita in sum  
 personam anathema susceperint, tamen & post  
 mortem anathematizantur à Catholica Eccle-  
 sia, ostenditur à sanctis synodis. Nicena enim  
 synodus eos qui impij Arii sectam colunt, hoc  
 nomine anathematizauit. Quæ autem in Con-  
 stantinopoli congregata est, impiam Macedo-  
 nij hæresim similiter condemnauit: sed tamen  
 Dei sancta Ecclesia & post mortem Arium &  
 Macedonium nominatim anathematizauit. Cuius  
 autem ex multis probationibus conuincen-  
 tur, quod superuacue & impie agunt, qui Theo-  
 dorū & impietatem eius defendunt, à catholice  
 vanam occasionem confugiunt, dicentes non  
 oportere eum anathematizari, eo quod in co-  
 municatione Ecclesiarum mortuus est. Oportet  
 autem scire eos, quod illi moriuntur in co-  
 municatione Ecclesiarum, qui commune pro-  
 tatis dogma, quod in vniuersali Ecclesia pro-  
 dicatur, vsque ad finem seruauerunt. Ille enim  
 vsq; ad mortem in sua permanens impietas  
 ab omni Ecclesia eiecus est. Itaque & omnis  
 plenitudo Mopsuestena Ecclesia, in qua Ep-  
 scopus dicitur fuisse, cum inuenisset, quod de  
 ganis & Iudæis & Sodomitanis, à sanctis Pa-  
 tribus conuenerat, deleuerunt ipsi ex illis  
 à sacris Ecclesie diptychis eius nomen, sicut  
 gesta in eadē ciuitate apud concilium Episcopo-  
 rum illius prouinciæ confecta ostendunt. Illi  
 ramur igitur Theodori sequaces, qui eum  
 impie

Nicana sy-  
 nodus.  
 Constanti-  
 nopolitana.

Qui morian-  
 tur in cōmu-  
 nione Eccle-  
 siæ.



impietatem eius, tanquã suam, defendunt, cū  
 Ecclesia in qua fuit Episcopus, vt potè hæretic-  
 um, ex multis temporibus eū eiecit. Quod au-  
 tem ad condemnationē suam talem occasionē  
 proponunt defensores Theodori, scire licet ex  
 ipso aduersus Iudam factō tremendo iudicio.  
 Ille enim cum putasset latere eum, qui occul-  
 ta hominum cognoscit, Sacramentis com-  
 municauit cum Apostolis, sed tamen nihil ei  
 profuit, quòd cum dolo communicauit, Sed  
 licet post mortē eius duodecim nominati sint  
 discipuli, sicut Ioannes Euangelista dicit, Tho-  
 mas autem, qui Dydimus dicebatur, vnus ex  
 duodecim, non erat cum ipsis quando vena-  
 rat Iesus: tamen hoc nō liberat Iudam à condē-  
 natione, aut connumerari facit Apostolis. Vn-  
 de post ascensionem Domini Apostoli per suā  
 sententiā eundem Iudam etiam post mortem  
 condemnauerunt, & alium pro illo introduce-  
 runt. Quòd autem vanam occasionem propo-  
 nunt, dicentes, nō oportere hæreticos mortuos  
 anathematizari, & ex ipsi Domini verbis ostē-  
 demus. Impios enim & adhuc viuos martuos  
 nominat, dicēs: Dimitte mortuos sepelire mor-  
 tuos suos, sicut iustos, & iam defunctos, viuos  
 nōinat. Dicit enim de Abrahā & Isaac & Iacob  
 quod Deus nō est mortuorū sed viuorum. Si er-  
 go secundū verba illorū non oportet hæreticos  
 mortuos anathematizati, nec viui hæretici ana-  
 thematizabuntur, quos domin⁹ mortuos vocat,  
 quia separati sunt ab ipso, qui dixit: ego sū vita

Communio  
 Iudæ nihil  
 profuit.

Ioan. 20.

Act. 1.

Mat. 8.

Mat. 22.

De morte  
 hæreticorū le-  
 gitur in De-  
 cret. 24. q. 2.  
 ca. sane pro-  
 fertur.

Yy 2 &



& secundum eos, iam nec viui nec mortui heretici anathematizabuntur: & sine causa illa Apostolica doctrina tradit anathematizari eos, qui tradunt præter quod accepimus: hæc causa sanctæ Synodi hæreticos condemnauerunt, sine causa, & alij sancti Patres et doctores

**Hierem. 49.** Ecclesiæ hæreticos anathematizauerunt. Culpent autem & Hieremiã Prophetã, dicentem: Execrandus, qui opera Domini facit negligenter, & Dauid Prophetam, dicentem: Execrabitur qui declinant à mandatis tuis. Et vt cõpendiosè dicamus, oẽm diuinam scripturam in diuersis locis, tales cõdemnationes impijs inferens. Sin autem illi, qui negligenter opera Dei faciunt, & peccant in mandatis eius, talibus cõdemnationibus subiiciuntur: quanto magis impius Theodorus, qui talia aduersus ipsum magnum Deum, & saluatorem nostrum Iesum Christum blasphemauit, iustè condemnatus est & anathematizatus? Et hæc quidem sufficiebant super memoratas, & alijs nostris libris in scriptis probationes, quas protulimus, ostendentes quod oportet etiam post mortem hæreticos cõdemnare, confundere eos, qui Theodorum defendunt, & compescere à tali impietate. Quoniam autem contentiosè in iisdem permanserunt etiam quod est amplius, dicemus: quia quidam ex ipsis in Nicæna sancto synodo conuenerunt & expositæ ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserunt, quoniam postea contrarij sapientes apparuerunt, alij quidem viui, alij autem post



post mortem anathematezati sunt à Damaso  
 sanctæ memorię Papa antiquioris Romæ, & ab  
 vniuersali Sardicensi synodo, prout testatur  
 sanctus Athanasius, Sed & Chalcedonensis san-  
 cta synodus Donnum Antiochiæ factum Epi-  
 scopum, post mortem condemnavit, quod aus-  
 us est scribere, operere solum taceri duode-  
 cim capitula sancti Cyrilli. Quoniam autem  
 Theodori defensores hæretici omni proposi-  
 tione & conatu excidentis præsumunt dicere  
 ad deceptionem ignorantium, quod, sanctæ  
 memoriæ, Cyrillus in aliqua parte Epistolæ  
 illum collaudauit: ex multis ostenditur quod  
 non conuenit eorum conamen dictis à sancto  
 Cyrillo indiuerfis eius libris contra impium  
 Theodorum, in quibus magis impium omni-  
 bus alijs hæreticis eum ostendens, deinde non  
 sustinens plurimas & maximas eius blasphemias  
 contra magnum Deum & saluatorem  
 nostrum Iesum Christum dictas, exclamauit,  
 ita dicens: Expauit cœlum super hoc, & hor-  
 ruit amplius vehementer, dicit Dominus: O  
 intollerabilem malignitatem, ò linguam lo-  
 quentem iniquitatem contra Deum, & men-  
 tem in altitudinem cornu extollentem. Et ite-  
 rum: impone homo linguæ tuæ ostium &  
 seram, cessa cornu in altitudinem extollens, &  
 loquens iniquitatem aduersus Deum. Quous-  
 que insultas patienti Christo? In mente habe  
 scriptum à diuino Paulo: sic autem peccantes  
 in fratres & percutientes eorum infirmam con-  
 Y y 3 scien-

Hæretici ex  
 communicati  
 à Damaso  
 papa.

Cyrilli excla-  
 matio in blas-  
 phemias Theo-  
 dori hæretici.

1. Cor. 8.



Ezech. 16.

scientiam, in Christum peccatis. Et ut aliquid etiam ex Prophetis loquar codicibus: multiplicata est Sodomata ex te, superasti Paganorum verbositates, quas contra Christum feceris, stulticiam existimantes crucem: nihil esse edidisti Iudaicae superbiae crimina. His igitur condemnationem Theodori, sic à sancto Cyrillo dictis, licet aliquis concedat, secundum illius verba sancti Cyrilli aliquid pro Theo. dicitur, neque hoc liberat illum à condemnatione. Inuenimus enim quòd multi sanctorum Patrum quosdam hæreticos collaudauerunt: sicut & sancti Damasus & Athanasius, & Basilius Apollinarianum, et sanctus Leo Eutychen: & tamen cognita eorum impietate, non propter hoc eorum condemnationem & anathematum quòd postea contra eorum personam & impietatem factum est, &c. Et post hæc pergit Iulianus orationem proseguendo de huiusmodi anathematis: in. §. Quæstione circa fin. Edit.

Quæstione aliqua post mortem Cæciliani eo mota, quòd ab Ecclesiastica traditione decessisse dicebatur, & propter hoc quibusdam à Catholica Ecclesia separatis, scribit ad Bonifacium idem Augustinus sanctus, quòd non oportet aliquos idèd separare sese à Catholica Ecclesia. Si enim uero essent ea quæ Cæciliano inferretur, & manifestatus esset contrarium aliquo Ecclesiastico statui sapuisse, etiam post mortem eum anathemati subijcerem. Sed & regula huiusmodi Synodi Africanæ statuit Episcopos, qui huiusmodi

De hoc Cæciliano vide Niceph. lib. 9. cap. 43.



facultates in testamento, vel ex intestato heretico reliquunt, oportere & post mortem anathematizari. Super hac autem omnia quis ignorat ea que nostris temporibus in Ecclesia antiquioris Romæ contra Dioscorum acta sunt? Qui cum nihil in fide peccasset, tamen propter solum Ecclesiasticum ordinem post mortem ab eadem sancta Ecclesia Romana anathematizatus est. Si igitur nihil in fidem peccantes Episcopi, propter solum Ecclesiasticum ordinem, & propter causam pecuniariam anathemati & post mortem subijciuntur: quanto magis Theodorus, qui in ipsum Deum peccauit? Quantum autem ad insipientiam dicentium, non oportere anathematizari post mortem eos qui in sua impietate mortui sunt: oportebat nec eos qui iniuste condemnati sunt Patres, post mortem reuocari, quale contigit in Iohanne sanctæ recordationis Episcopo Constantinopolitanæ ciuitatis, ab vniuersali Ecclesia post mortem reuocato, & in Fauiano, sanctæ memoria, & ipso Constantinopolitanæ ciuitatis, iniuste quidem in vita condemnato, iuste autem post mortem reuocato tam à sanctæ memoria Papa Leone, quam à sancta Chalcedonenſi synodo. Ex hoc autem contingit secundum illorum verba, hereticos quidem sanctis Patribus connumerari, ut pote liberatos debita eis condensatione, Sanctos autem Patres iniuste condemnatos hereticis coniungi, ut pote non solum contra eos facta iniqua damnatione, Omnibus autem magis credendus est doctor

Yy 4 dominus

Muius Dioscori meminit Neceph. lib. 14. cap. 47, cum sequentibus. & lib. 15. cap. 30.



Ioan. 13.

dominus Deus noster IESVS CHRISTVS  
de se dicens: Sic enim dilexit Deus mundum  
vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis  
qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam  
eternam. Non enim misit Deus filium  
suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt  
saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum  
non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus  
est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei:  
Et spiritus autem sanctus per prophetam David dicit: impios non resurra-

Psal. 1.

in iudicio. Tali igitur Domini sententia punita  
aduersus omnem impiũ, & nihil discernentem  
inter viuos & mortuos hærecicos, quomodo  
audent resistere tali sententia, & eos qui semel  
impie egerunt, & propter hoc iam à Domino  
condemnati sunt, dicere non oportere mortem  
condemnari? Et diuinus apostolus, qui Christum in  
semetipso habet loquentem, non solum aduersus homines  
sed etiam aduersus angelos talem pronuntia-

Galat. 1.

rentiam, dicens in Epistola ad Galathas. Si  
licet nos aut angelus de cælo Euangelizauerit,  
præterquã quod Euangelizauimus vobis, anathema  
sit. Et quis ita impius est, vt præsumat dicere,  
quod Theodori impia scripta, vel eorum tradita est  
aliquando sancte Ecclesie, & non statim qui ausus  
est tale aliquid locum anathemati subiectus est à  
sanctis Patribus.

FRIDERICVS. I. IMP. IN ANTH. ITEM  
quacunque, C. de Episc. & cleric. &c.



Quacunque communitas, vel persona, qua  
annum in excommunicatione propter  
libertatem Ecclesie fractam & violatam per-  
seueraverit, ipso iure imperiali banno subia-  
ceat, a quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab  
Ecclesia beneficio absolutionis obtento.

Excommuni-  
catum ab Ec-  
clesia illico et-  
iam imperia-  
li banno sub-  
iectu esse do-  
nec in Eccle-  
sia absolue-  
tur.

IUSTIN. IMP. IN AVTH. DE SANCTISS.  
Episcop. &c. §. omnibus autem. coll. 9.

Omnibus Episcopis & presbyteris interdici-  
mus segregare aliquem a sacra comunio-  
ne antequam causa monstretur, propter quam  
sanctae regulae hoc fieri iubent. Si quis autem  
propter hoc a sancta communione quenquam  
segregauerit, ille quidem, qui iniuste a commu-  
nitione segregatus est, solutus excommuni-  
catione a maiori sacerdote, sanctam mereatur com-  
munionem. Qui vero aliquem a sancta com-  
munionem segregare praesumpserit, modis om-  
nibus a sacerdote, sub quo constitutus est, se-  
parabitur a communione quanto tempore illa  
perpexerit, ut quod iniuste fecit, iuste sustineat.

Excommuni-  
cari sine iusta  
causa nemi-  
nem debere.

In hunc modum scriptum reperitur per Iustinian.  
quod Iulianum Patricium, in Const. CXV. §. nemo  
Episcopus.

Nemo Episcopus, nemo presbyter excom-  
municet aliquem antequam causa probetur,  
propter quam Ecclesiastici canones hoc fieri  
iubent. Si quis autem aduersus ea excommu-  
nicauerit aliquem, ille quidem, qui excommu-  
nicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad  
gratiam sanctae comunions redeat. Is autem,

Yy 5 qui



qui non legitime excommunicavit, in tantum  
abstineat à communione tempus, quantum  
maiori sacerdoti visum fuerit, vt quod iudicium  
fecit, ipse iuste patiatur.

IDEM IVSTINIAN. IN AVTH. DE NO-

nach. & Ascetr. §. certè si quis delinquat. coll. 1.

Qui frontem  
in delectis per  
fricuerunt ex  
communione  
Christianorū  
pelli debere.

**S**I delictum (transgressoris) atrocius sit, quam  
quod medela reparari possit, tunc à bea-  
rum cohabitatione prorsus expellatur, ut  
seipsum à melioribus ad deteriora committat,  
ipse solus improbitatis suæ fructu capiat,  
vitiis suorum aliquid ceteris contage  
adfricet: quemadmodum peste laborantes  
incurabiliter agrotantia solent pecora.

IDEM IN AVTH. QVOM. OPORT. ETC.

& cler. &c. §. si quis autem. coll. 1.

Calumniator  
excommuni-  
catur.

**Q**ui sine probatione imponit ordinationem  
& ipse quidem cader de sede sacerdoti-  
tali, reus autem erit Deo &c. Si quis autem  
ordinatione facta probetur calumniator, ex-  
gatur in perpetuum à sacra communione  
falsitas impunita sit.

## DE MORTE, F.

### NERIBVS ET EXEQVIA

**A**rgumentum quod viventium operibus  
defunctis etiam prodesse creditum sit in  
Ecclesia, habetur vel ex eo, quod cum olim  
viri amplissima quandoq. et iuxta facultatem  
relinquebāt legata vxoribus easq. iure iurandi  
gebāt, ne ad secunda matrimōia conuolaret.